



DE
IMPERIO
MAGNI MOGOLIS
Sive
INDIA VERA
Commentarius.

*E varijs auctoribus
congestus.*

Cum Privilegio.

C. Cl. Weyfand sculpsit

LUGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA ELZEVIRIANA.
ANNO MDCCCXXI.



*Nobilissimo, Amplissimo,
Doctissimo viro,*

D. DANIELI HEINSIO,

D. Marci Equiti, & Sereniss: GYSTA-
VI ADOELPHI Suecor. Gothor. Van-
dal. Regis Consiliario & Historiogra-
pho; Politices in celeberrima Lugdu-
no-Bar. Academia Professori, Biblio-
thecario & Secretario;

IOANNES de LAET Anwerp. ^{Auctordam}

Vir Amplissime,

BREVEM hunc de Amplif-
simo India Regno Commen-
tarium, à plurimis familia-
rium nostrorum diu deside-
ratum, tandem inter gravio-
res occupationes absolvi. Propositum fue-
rat India intra & extra Gangem descri-
ptionem altius ordiri, & veterum descri-
ptionem, praesertim post Alexandri expedi-
tionem, excutere & cum hodierna locorum
& regionum facie comparare: sed quia
majoris erat indaginis & operae quam jam
ferre possem, consilio omisi. Imperii ma-

PRÆFATIO

ad Lectorem.

HUMANISSIME LECTOR.



VT fidem meam liberem, hic in limine indicandum putavi, è quorum relationibus hunc commentarium concinnaverim. Nam qui ante nos aliquid de regno magni Mogolis exarant, ab authoribus suis decepti multa incerta, quædam etiam falsa prodiderunt; neque enim inusitatum est, eos qui longinquas peregrinationes obeunt, interdum falsa pro veris, incerta pro certis, lectoribus obtrudere. Mihi religio fuit quenquam sequi, nisi quem fide optima tradere quæ viderat, aut à fide dignis acceperat judicabam. Præter Petrum Texeiram Lusitanum, fere secutus sum Anglos & Belgas meos, qui utrique superioribus annis & penitus in intima hujus Regni penetrarunt, & certiora nobis, utroque magis consentanea aperuerunt. Anglorum plures observationes, aliquotque itineraria, debemus Doctiss. viro & de Geographicis studiis optime merito, Samueli Purchasio piæ memoriæ, qui in magno suo opere, patrio idiomate, quamplurima hujus generis edidit: inter eos autem qui relationes suas de hoc Regno



I
I N D I Æ

Sive

I M P E R I I M A G N I
M O G O L I S

Topographica descriptio.



I N D I A intra & extra Gan-
gem etiam antiquis nota
fuit, præcipue post Alexan-
dri Magni tempora, uti hi-
storix, quæ de rebus illius
gestis perscriptæ sunt ab illustribus scri-
ptoribus, faciunt fidem. Plinius qui plu-
rimas vidit, quæ hodie interierunt, scri-
bit lib. VI, cap. XVII, Indorum gentem
incipere ab Emodi montibus, & non
tantum illi mari adjacere, quod occiden-
tem adspicit, sed & meridiano, quod In-
dicum appellat, (sicuti & nos hodie ut-
rumque illud,) partemque illius quæ
orienti adversa recto prætenditur spatio,
& flexum atque initium Indici maris
XVIII LXXV mill. pass. colligere; deinde
qua flectitur in meridiem XXIV LXXV
mill. pass. ut tradit Eratosthenes, usque

A

ad